NICETAS REMESIANENSIS. ORIGENES
3. Viertel 12. Jh. Seite 171r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36566
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

casu accidit. sed certa & diuina ratione ut illa sarra uocaretur ex
sara. ut ille israel ex iacob. ut ille abraha ex abram. & ut certum est
quod unusquisque ut angelorum ut hominum. ex his quae sibi iniunguntur
officiis. & actibus eorum nomina sortiantur. ita consequens est eorum
loca quoque esse celestia & ciuitates. sicut hierusalem celestis dicitur
& syon. Esse eorum alias ciuitates quarum typum & imaginem istae
quae in terris sunt continent. quae nunc in hac scriptura mysti
cae nobis per iesum filium naue designantur. et de ipsis prius ciui
tatibus dictum. edificabuntur ciuitates iudae & habitabunt ibi &
hereditabunt eam. De ipsis eorum dns & saluator dicit. Quia multae
mansiones sunt apud patrem. et de ipsis credendum est ciuita
tibus seruo illi qui bene negociatus fuerat. dnm dicere quia po
testatem habes supra decem ciuitates. & alii. supra quinque ciuitates.
Haec de diuisione sortium terrae iudae in quantum fas fuit proferre
ad uos ausi sumus. scriptura puocante quae hierusalem celestem &
montem syon. & cetera quae similiter scripta sunt et in celis. quae
occasionem nobis dederunt scrutare de his omnibus quod mysteria in
his celestia describantur. et ido dicamus uobis ne cum fastidio haec
legatis. & putetis uilem aliquam esse scripturam. pro eo quod
ex mutis nominum appellationibus constat. quin potius scitote in
effabilia per haec mysteria contineri. & maiora quam potest humanus
sermo proferre. ut audituus mortalis audire. Quae ut ego arbitror
digne & integre explanari non solum a me minimo non possunt. sed
nec ab his quidem qui me multo meliores sunt. Hesaio autem si uel
ab ipsis seis aplis plene & integre proferantur non dici quod non plene
sciantur. sed quod non plene proferantur certum est enim cognita esse haec & in
tegre adprehensa illi qui raptus est usque ad tertium celum. Qui